

LECTORI SA, LVTEM.

Inter eas artes, quas merito liberales appellamus, et revera sunt
conspicuae, Artes Musicae non extreum locum sibi ven-
ditare, non modo in omni aetate omnium consensu iudicatum
est: verum etiam quoniam ex his ipsis gravior, majorique di-
gna laude, quæsitum aliquando à magnis viris, et minimè
tamen adhuc planè videtur exprimata deliberatio. Nam
aliae artes, ut Dominus Philippus Melanthon, communis
præceptor, pia memorie, non minus vere quam eleganter
loquitur, erigunt mentes nostras ad cœlestia, hac una cælo
Superos ad humana deducit. Quo argumento, veteres il-
los, qui Dei vocem audire, ejusque sermone frui saepè volu-
erunt, homines sapientissimos atque sanctissimos artis Mu-
sicae admodum studiosos fuisse, omnemque suam operam, omnem
curam, omnes deinceps in hoc studio cogitationes fixisse et lo-
casse, constat. Quorum extant nonnullæ sane præclara ac
penè divina cantiones; quas cum canimus, affirimus; et
quasi divina quadam vi abrepti extollimus haud paulò al-
tius, quam cum aliarum artium in studio versamur. Pri-
mum igitur in controversiam non cadit, hanc artem habere
dignitatem quandam singulariem: quandoquidem in ea la-
tent arcana et præludia quædam magnæ illius, dīs ge-
nitæ, sapientiæ, quæ apud eos et profani oculis non
patent; ea rudes ammos excusat; et ad capessendas se-
ueniores disciplinas quasi præparat: et ab inani et
frivolarum rerum studio ad veram religionem et excellen-

Mus. Löb. 8+70

